Quelle: http://manuscripta.at/?ID=30277
Copyright: Heiligenkreuz, Zisterzienserstift

Post hoc etiam tempus credita erat illi
sorori suae lupae cura ouium. Ex impu
so igitur contigit ut agnos impetus se
pe solet in matres prumpere, bibentes ac
haurientes ex uberibus earum lactros fontes.
Quo uisu ipse & soror eius cursu properabant dis
iungere amantes suos agnos. Ex illo cursu
soror eius corruit & ad lapidem caput fregit, atque
ita lacerata est ut usque ad mortem perquaereret.
Illo autem reuertente audit sororem suam cruo
re profusam morique contiguam, & contristatus
est ualde. Et statim eleuans eam, multum signa
culo crucis signauit, & sanata est continuo
nullo dolore remanente, apparentibus tamen
cicatricis uestigiis. Deinde ludentes reuisi
sunt domum suam simul ingrediuntur, atque
nichil mali patiebantur.

V

Ex eodem. Quoque grege cum relatus
puer pastor erat, lupus de improu
piquante filiae natans ouem u
nam rapuit. Cui rei causa nutrix sua ipsum
increpabat. In cistam itaque eo ingrediente cade
pascua cum ouibus suis, audit lupum cum oue intra
fauces rapidas illesa approximantem, & intac
tam coram eo exponit atque commendat. Ecce
nuua res facta est, ut feroces dentes abstine
rent se ab alumno consueto. Videns igitur nutrix
illum tantam gratiam in signis faciendis in eo ex
ardescere, impatienter eum amabat, & sine
eo comite nunquam uolebat.

VI

Alio uidelicet tempore illo pambulante
cum ea pimendi scilicet lactis causa
diabolus una uaccarum ingreditur
& in tantum eam infestauit uesania faciens, ut
alias quinque uaccas lacerando occideret, illaque
ipsa cum multa uesania sua deserit armenta.
Puer mum modicam mensuram sibi repleri de
lacte postulabat. Ad quem nutrix respondens
aiebat. Non nos ista agit res. Nonne uides
quomodo dissipatae uaccae meae? Cum igitur uideret
miserabiliter causam, quinque uaccas reuiui
cat, & eam uesaniam plaudendo manibus reuocat
ad sua, & demonium ab ea abiecit, & mutus fa
cta lambebat manus eius & pedes ac uestimen
tum. In multis aliis uirtutibus sese puer clarum
exiuit, & magnificabat nomen dei in eo.

VII.

Alio die congregata multitudine
magna in quadam curia forte ma
ritus matris qui & ipse nutriuit
eum portans in humeris suis contigit ut
ex ille moreretur alumnus in cuna. Omnis
stupefacti hoc casu, fleuere alumni cognati
& conuicini planxit dies. Quare reliquisti
puer portatorem tuum mori? Ille autem senu
ens, ad alumnum suum cucurrit. Cui suas ma
nus circa collum dedit dicens. Surge eamus. Qui
confestim surrexit ad uerbum pueri.

VIII.

Gaysa hoc erat primae pegrationis
atque aduentus eius in scotiam. Scotten
tus exercitus classide more conduc
ta, stipatque multitudine nauium cum frequen
ter transnauigasset in hybniam, multos inde
ducebat captiuos. Et hoc idem solute faciens
casus obtulit ut ipse cum sorore sua inter cap
tiuos deprehensus ducereturque in scotiam, qui cen
tum annumiato utique seruiebant. Eo autem tempo
patricius erat annorum sedecim, ipso manifeste
attestante, qui in libris suarum ephemerum ita ait.
Quando ego captus sum, annorum eram ferme se
decim. Dominum enim uerum ignorabam, & ad hybernia
ductus sum in captiuitatem cum tot milibus ho
minum secundum merita nostra, quia a deo recessimus,
& praecepta eius non custodiuimus, & sacerdotibus
nostris non obedientes fuimus, qui salutem nostram ad
monebant. Et ibi dominus aperuit sensum incredu
litatis meae, ut uel rememoraretur delicta
mea, & ut conuerteretur toto corde ad dominum de
Patricius igitur qui uocatur, & succe de genere britto
num ortus fuit, & non longe aman
est patria eius, & locus in quo natus est consis
tit. Cui pater calpurnius filius potui uene
rabilis uiri, mater uero eius conches dicebat
filia ochmis. Huius uiri beati parentes
erant religiosi.

IX

Ego autem eiet puer annorum sedecim
cum ceteris captiuis ductus est ad hyber
niam, & in aquilonalis parte sex annis
seruiuit apud quendam regulum gentilem
uirumque qui uocabatur miluc filius buani.
Cotidie uero gregem illius custodiebam, & stres
pascebat, & frequenter ad dominum omnipotentem orabat.
Tunc dabatur mihi in illud nomen quod dicitur conchinge
eo quod quinque domibus seruiebam. Iam centies
in die orabat, & similiter in nocte. Et cotidie
magis ac magis timor dei & amor ipsius & fi
des augebatur in eo, quia spiritus seruiebat in eo.
Et in siluis & in monte manebam, & ante lu
cem excitabatur ad orationem per nuiem per gelu
per pluuiam, & nichil mali sentiebam, neque ul
la pigritia erat in eo.

X

Et cum completi essent sex anni in seruitu
te, uenit ad eum angelus dei nomine uic
tor, qui frequenter eum uisitabat di
xitque ei. Bene ieunas & ores, cito exiius
ad patriam tuam. Et iterum dixit. Ecce nauis
ubi parata est. Quae non erat prope, sed distabat
longo itinere, quasi ducentis milibus passuum.